Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Qui uolunt pie uiuere in xpo ihu persecutionem patiuntur. Justum deduxit dns per uias rectas. Sapientie.
Et ostendit illi regnum dei. & dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illum in laboribus. & complenit labores illius. In fraude circumuenientium illum affuit. & honestum fecit illum. Custodiuit illum ab inimicis. & a seductoribus tutauit eum. & certamen forte dedit illi ut uinceret. & sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hec uendentem iustum non deseruit. Sed a peccatoribus liberauit eum. Descendit cum illo in fouea. & in uinculis non dereliquit eum. donec afferret illi sceptrum regni. & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit qui maculauerunt illum. Et dedit illi claritatem eternam. dns. ds. nr. Sapiens
Populus. et suum tradet ad uigilandum diluculo. ad dnm qui fecit illum. & in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione. & pro delictis suis deprecabitur. Si enim dns magnus uoluerit. spm intelligentie replebit illum. & ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientie sue. & in oratione confitebitur dno. Et ipse diriget consilium eius. & disciplinam. & in absconditis suis considerabitur. Et ipse palam faciet disciplinam doctrine sue. & in lege testamenti dni gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam uiri. & usque in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius. & nomen eius requirentur a generatione in generationem.
Illo t. Dixit ihs. d. s. Siquis Secum matheum
uult post me uenire. abneget semetipsum. & tollat crucem suam & sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere. perdet eam. Qui autem perdidit animam suam propter